Viro Nobili Constantino Hugenio, Equiti, &c.
Sublimi Domino, J. Vander Burgh S. P. D.

Sunt mortales quibus carmina non scribuntur & ad fontes Spadanos hac transeunt, mihi hucusque tantum negotij facessere, ut vix officio meo, vix mihi satisfacere potuerim. hinc illud silentium, Vir Nobilissime, ab eo tempore quo, fretus tua facilitate, ausus fui literas ad te scribere stans pede in uno; accessit, quod postquam sors mea (qua vel maximè contentus forem nisi tui carendum esset) à te divulsit, in tantam animi ægritudinem incidi, ut me nec ingenio, nec corpore vegetum senserim; id adeo quod in ista morum studiorumque distantia quam hic offendo, omnis εὐτραπελία, candor, comitas, & quicquid mihi bonarum partium ab alijs tribuitur, mihi sint dediscenda; & quod in hoc conflictu maximè me urit, carmina cum volui scribere, non potui; sed hunc dolorem dies adimet; quod non omnia ex voto Illustrissimi Patriæ

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 92
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4030

Parvi in castris succedant, id [illegible] doles; loci
natura, pluvia continua, & hostium non spernenda
copia in istis oris facile aras & focos defendere
possunt. Interea te bene valere, quod ex literis
clarissimi Vicofortij intellexi, gaudeo & gratulor;
Collegam tuum è vivis excessisse, ex ijsdem teneo.
vehementer fallor, nisi iste inverecundus, quem
honoris causâ non nomino, se tali muneri parem
iudicet, & ad istam dignitatem aspiret. quod
si fiat, spero non ægre te laturum si me
ipsi competitorem præbeam; quamquam
certè non sit mea frontis, Vir Nobilissime,
illam Spartam ambire quam præter te nemo
facile exornaverit, neque ignorem te solum illi
sufficere; verum sat honoris mihi habuero,
si me vel tertium à te in tali casu ferre
digneris, ad quod tamen, nisi te authore, nunquam
aspirabo. Cerevisiam necdum nisi ob æstum

Seriy qui instat; Vale, Vir Nobilissime, & me amore tuo, ut hactenus, dignare
Datum Leery 10. July 1645

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 92
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4030

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 92
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4030